

S. RUBERTVS SALTZBURGENSIS ARCHIEPISCOPVS.



Rubertus regio Francorum genere natus,
& doctrinæ à Christo traditæ insignis pre-
co, primò Rhenensem tractum in uera religione
instituit, atq; Vuormatiæ sedem Archiepiscopa-
lem adminiltrauit, & à Beringo comite expulsus
fuit. Postea ad Theodonem quoq; Boiorum re-
gem adhuc gentili superstitioni deditum uenit, ut
eum ad ueram pietatem adduceret. sed aulici illi-
us suadebant auitas ceremonias nequaquam de-
serendas, quæ ipsis tot uictorias & triumphos pe-
perissent. Christianam religionem esse nouam, &
uiris rei bellicæ studiosis aduersam, & ut uera sit,
utilem tamen reipublicæ principem (siquidem re-
cte suum officium administrare uelit) non posse esse Christi num. Romanos
enim ob id bello inferiores, quod à ueteri numinum cultu descivissent, Chri-